

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De vacatione beneficij per renunciationem. punct. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

*pun. de vicariis perpetuis, & temporalibus diximus. Tertius est si beneficium sit sicut in Ecclesiis non numerata. Nam tunc morte beneficiari non permanet beneficium, sed spirat, & cessat, ut expressum habetur in c. dilecto. 25. v. 1. praterea, de probandis; & late docet Gonzalez gloss. 9. 3. n. 9. Vbi concludit neque haec beneficia referuntur posse, neque resignari, neque ad superiorum ob negligiam in prouidendo devoluvi. Quia non vacant, sed cum electo nascuntur, & cum defuncto perirent, consequuntur Gare. n. 17. Barbola *supra*.*

PVENTVM II.

De vacacione beneficij per renunciationem.

*V*acate beneficium per renunciationem compertum est apud omnes doctores ex toto tit. de renunc. in decratalia sexto, & in element. quia renunciatione beneficio ceditur, sed qualiter haec contingat examinare pergitus,

§. I.

Quæ sit renunciatio, quotuplex, & quæ causæ ad eius valorem requirantur.

- 1. Statutur definitio renunciationis,
- 2. Quotuplex est renunciatio, seu resignatio tacita, & expressa,
- 3. Expressa alia simplex, alia sub conditione,
- 4. Plures sunt causæ honestatis resignationem.
- 5. Expenditur constitutio P. V. in hac parte.
- 6. Expenduntur causa ibi apposita.
- 7. Ex supradictis causis potest ordinarius resignationes admettere, duplīciter tamen conditione.
- 8. In resignatione ex causa permutationis non est necessarium feruare supradictas causas, & conditiones.

*R*enunciatio est cessio, seu depositio beneficij proprii: sic Rebuff. in praxi benef. 3. p. iii. de resignat. Azor. 2. p. insit. moral. lib. 7. cap. 19. quest. 1. Dixi eis cessationem, seu depositiōnem: quia renunciatione cedis, & deponis ius, quod in beneficium habes, ita ut libertate alteri conferri possit; & quae de causis tuum debere esse beneficium: nam alienum deponere non potes.

2. Duplex est resignatio, alia tacita, alia expressa. Tacita est, que ex iuris dispositione inducit ab actum contrarium refectionem, ut si matrimonium contrahas, religionem profecies, militię nomen dederis: cum enim his actibus ipso iure vacatio beneficij annexa sit, absque illa alia declaratione eos præstans confessus beneficium dimittit. De resignatione per matrimonium & ingressum religionis infra erit sermo. De resignatione per militiam secularem, nihil aliud dicendum occurrat, nisi quod illa assumpta beneficio ipso iure vacent, tanquam allumpto statu incompatible. *Glossa in cap. vlt. de Clericis non residentib. verbo redierint.* Flamin. de resign. l. 1. g. 1. n. 2. Gonzalez gloss. 15. n. 54. Iulius Clarus præf. §. fine q. 7. 3. n. 6. Barbola allegat. 57. n. 216. & alii.

Explicata vero resignatio est, si verbis expressis deponas; sic Rebuff. *Supra* tit. de resignat. Flamin. Par. lib. 1. de resignat. quest. 1. Azor. quest. 2. *L*e*lli*us lib. 2. capit. 34. dub. 35. n. 189.

3. Ritus haec expressa resignatio duplex est. Simplex, seu pura, & conditionalis: sic relati doctores. Simplex, seu pura resignatio est si nulla adiecta conditione beneficium deponas. Conditionalis contrahit aliqua adiecta conditione beneficium dimittit. Haec autem conditio multiplex esse potest. Primo si ea conditione resignes, ut beneficium Tertio conferatur. Et haec vocatur simplex resignatio in favorem. Secundu si resignes eadem conditione, ut regredi ad beneficium possis. Tertio si ea conditione dimittis, ut tibi fractus ex toto, vel ex parte reddantur, vel aliquo penitio ex beneficio solutur. Quartu si resignes beneficium ea conditione, ut alter aliud vel diffimile beneficium in tui favorem resignes, que resignatio vocatur permutation: quia tuum beneficium cum alterius beneficio permutas, & alter similiter tecum, conterique duplēcēm resignationem conditionalēm.

4. Causa autem requirebit ad honestandam resignationem plures sunt, ut tradunt Ioann. Andreas Abbas & alii in cap. n. 1. cum pridem de renunciat. per sextum, ibi, nempe conscientia criminis ob quod beneficium venires priuandus, debilitas corporis, seu impotentia, scientia defectus, plebis malitia, gratia aliorum offensio, capitales iniurias, actis intemperies, censura aliqua, vel irregularitas, à qua liberari commode non potes. Quia aliquo horum impedimentorum ligatus, munera beneficij præstare ritè non vales. Successu tamen temporis aliae cause minoris momenti renunciationem honestant: ex eo namque quod beneficium multo tempore inferueris, admittitur à Pontifice resignatio. Item si in favorem alicuius resignes: Iulus enim fauor alteri factus præstas sufficientem honestatis cau-

sam, si habiles alii unde vivere possis. Azor. 2. p. insit. moral. l. 7. cap. 19. quest. 3.

5. Verum Pius V. in sua constitutione §. 8. quæ incipit. Quanta ecclesia Dei, edita Kalend. April. 1. 158, quam testet. Quaranta in sum. bullar. verbo beneficiorum resignations. Ygol. de post. episc. cap. 50. §. 18. num. 3. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 2. varias causas appulit, ex quibus, & non alii possit episcopi, aliqui facultant habentes recipere, & admittere resignations; nempe illorum dumtaxat, qui aut senio confecti aut valetudinarii, ut corpore impediti, vel viarii, aut cimini obnoxii, censorisque ecclesiasticis irreuti, aut nequeant, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inferire, seu qui vocem aliud, vel plura beneficia obtinuerit, vel quod ad aliud comigerit promoveri. Religionem quoque ingessuri, vel matrimoniū contractari, si statim poena in te ipsa excequuntur. Deinde cum quis ex alis causis accidere, qui constitutions ecclesiæ recordationis Innocentij Papæ tertij de dimittendis cathedralibus Ecclesiæ edita continentur. Qui eriam ob capites iniurias nequeant, vel non audient in loco beneficii ieiude securi. Sed neque horum villus sacerdoti mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vlo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari.

6. Prima igitur causa, ex qua ordinarij simplicem resignationem admittere possunt, est, cum beneficiarius est tenio constitutus, quia causa etiam iure communis stabilitat erit in cap. n. 1. cum pridem de renunciat. Qui autem senio confecti diebus iudicis arbitrio remittiunt, spicata personam qualiter, & eam complexione, ut bene probat Menoch. de arbitrio, cap. 56. præcipue num. 3. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. numero 1. August. Barbola 3. part. de potest. episc. alleg. 69. num. 31. Azor. 2. p. insit. moral. l. 7. cap. 17. quest. 5. & alii. Secunda causa est, cum beneficiarius incommoda vale tudine vitur, quia similes iudicis arbitrio relinquuntur tradit. Azor. *supra*. Menoch. cap. 2. a. n. 3. Barbola numero 34. Tertia est, si beneficiarius corpore est impeditus taliter, ut commode præstare non possit id quod ratione beneficij tenetur, veluti si lepra, paralyse, morbo gallico, comitali, aliisque contagio, seu petechiis laborat. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 3. Azor. dicta q. 5. Barbola alleg. 69. num. 35. Quarta est, si beneficiarius corpore virtutis sit v. g. si sit cœcus, claudus, mutus, iurdus, aut alio quaque corporis membro abesse, contracto, vel deformato, quod ordinis suscipiendo impeditur. Flamin. d. quest. 6. num. 3. Azor. dicta quest. Barbola num. 36. Quinta est, si criminis sit obnoxius, ob quod possit beneficium priuari, nempe vitio simone, homicidio, adulterio, sodomitico, concubinito, peccati blasphemie. Azor. ibi Flamin. a. num. 5. Barbola num. 37. Sexta est, si est cœsus ecclesiasticis irreuti, quantum abolitionem obtinet facile non possit. Azor. *supra*. Flamin. dicta quest. 6. num. 9. Barbola num. 40. Octauo, si resignans ad est beneficium, vel plura obtinet ad sui congruam sustentare onerem sufficiunt: quia quilibet beneficiarius uno tantum beneficio contentus est, Azor. 2. Barbola num. 41. Flamin. num. 108. Nonas, si ben. sicut ad aliud beneficium ad sui sustentationem sufficiens promovatur, maximus si sit b. beneficium incompatible: quia tunc quasi ex necessitate resignationem præstas. Flamin. l. 5. quest. 6. num. 15. Barbola num. 42. Azor. 2. quest. 5. Decimam si resignationem præfusus est, aut matrimonium contractans, dummodo tamen in ipsa excequuntur. Flamin. n. 16. 3. Barbola num. 43. Azor. dicta. Est tamen differentia maximè notanda in resignatione fida, & ingreditur religionem, vel matrimonium contrahensum, quod beneficium resignatum ob ingressum religionis, non potest prouideri, quoque professo sequentur resignatum ob matrimonium contrahendum, illo contacto statim beneficium prouideri poterit. Flamin. & Barbola *supra*. Adeo ex plurim sententiis ingressum religionis non sumi ibi pro habitus suspensione, sed pro possessione. Quapropter ab huiusmodi casu non potest resignare beneficium, nisi qui iam est in proxeta ad professionem, & quali mortaliter iniquitabilem. *Garcia 1. part. de benef. c. 9. num. 15.* Vnde cetera, si ob capites iniurias nequeant, aut non audent beneficiarius in loco beneficij ieiude. Azor. dicta quest. 5. Flamin. num. 169. Barbola num. 44. Tandem si adeo aliqua causa ex relatâ ab Innocent. III. in cap. n. 1. cum pridem, sufficiens resignationem habebit. Azor. *supra*.

Ex his igitur causis licet ordinarij resignationes simplices, seu puras admittere, duabus tamen conditionibus seruant. Prima, ut beneficiarius si sacris ordinibus initiatus sit, habet aliam deinde commode vivere possit. Secunda, ut beneficius resignata conferatur ordinarij, aut resignantis consanguineis, affinitibus, vel familiaribus etiam per cincum, quia tacitè presumetur resignatio non simplex, sed conditionata, (sive facta in favorem). Sic Pius V. In supradicta sua constat. Adiutorio tamen

men hanc constitutionem, quod hanc secundam conditionem; non videri vnu recepiam, sed porius à principio fasile ab ea sup-
plicarem. Garcia 11. part. de benef. cap. 3. num. 270. August. Bar-
bola allegat. 69. num. 48. & consequenter nec pecunia ob hanc
causam ibidem imposita. Quod si ordinarius absque aliqua ex
supradictis causis resignationem admittat, nulla est admissio,
nullam tamen pecuniam obinde ipso iure incurrit. Flamin. lib. 5.
dicit. q. 6. n. 215. Vgolin. de post. Episc. c. 50. q. 18. n. 6. Barbola al-
leg. 69. n. 46.

8 Sed est dubium, an supradicta causa, & conditions seruandæ
sunt in resignatione facta ex causa permutationis?

Credo non esse necessario tertandas; quia in permutatione
non est locus fraudi, sicut in resignatione simplici; cum per-
mutatio beneficiorum reciprocum beneficii resignationem con-
tinetur, eaque de causa in supradicta constitutione Pij V. expre-
sse permittuntur permutations beneficiorum, vel officiorum
iuxta canonicas functiones, & apostolicas constitutions; quæ
agent huc sint, tradit Azor. 2. part. in inst. lib. 7. c. 26. q. 26. & infra
dicimus.

S. II.

Quæ beneficia, & coram quo superiore renun-
ciari possint.

- 1 Superioris autoritas semper necessaria est.
- 2 Resignationem sub condicione solus Pontifex admittere pos-
te, simplicem ordinarius. Et quis hic ordinarius sit.
- 3 Vicarius Episcopi non habet potestatem admittendi resigna-
tiones, nisi ei concedatur.
- 4 Capitulum sede vacante hanc potestatem habet.
- 5 Omnia beneficia, cetera reservata sunt, possunt purè & simili-
citer resignari coram ordinario.
- 6 Qualiter beneficium, ad cuius titulum es ordinatus, resignari
potest.
- 7 Beneficium, quo per delictum est priuatum, vel venis priuam-
dus; plures centent se resignare non posse.
- 8 Beneficium, quo priuandum venis, resignare poteris absolute.
- 9 Item in favorem.
- 10 Extinditur, efo alius tuum beneficium impetrasset in eu-
enianu priuatione.
- 11 Apponitur limitatio, p. scirem imperacionem ab alio factam
Sea non admittitur.
- 12 Extinditur doctrina ad resignationem ex causa permis-
sionis.
- 13 Quid dicendum de beneficiis, quibus ipso iure per delictum
priuatum es?

Certum est superioris autoritatem necessariam esse ad re-
signationem; sive resignatio sit pura, sive sub condicione,
constat ex c. admoner. s. v. de renunciat. Ratio autem huius
decreti ea est, ne beneficia Ecclesiastica reparetur bona patrimo-
nia, de quibus liberè beneficiari potest disponere, & ne debito
ministro, etiam acquisito Ecclesia priuatur. Quod si aliquis
absque autoritate superioris beneficio renunciet, renunciatio
non tenet, nec beneficium vacat eum quoad resignantem; sed
potest beneficium administrare, quoque in ponam delicti
commisi beneficii priuatum à superiori, vt vere priuari potest.
Ab hac doctrina excipendum est ius ab beneficiis præsentatio-
ne, nominatione, seu electione, aut collatione non acceptata ac-
quiritur, cui propria autoritate cedere potest. Quia non edis
beneficio, sed iuri ad illud. Idemque est de cessione iuriis in be-
neficio huiusmodi; que omnia iurius dicimus s. v. de relig. dis-
similis. punct. 17.

7 Si sub conditione resignationis fiat, solus Pontifex eam ad-
mittere potest, vt tenent omnes doctores (excipe resignationem
ex causa permutationis, quæ ab ordinariis potest expediri). Ordinarij namque solum possunt simpliciter, & putam re-
signationem admittendi ex causis superius allegatis, vt in su-
pрадicta constitutione Pij V. caueatur, alioquin simoniam con-
trahatur.

Qui autem sit hic superior ordinarius, qui has resignationes
simplices admittere potest? Relpondo cum esse, qui potest
tem habet instituendi, & definiendi. Quia tecumatio depositio
est quædam beneficij depositio. Debet ergo fieri coram eo,
qui deponit à beneficio potest habeat. Quocirca si ad in-
testatem Episcoporum competat beneficii collatio, qui tamen à be-
neficio beneficiariam amouere non potest, non poterit coram illo
suum beneficii resignationem facere. Glos. c. 1. m. 1. de renunciat. Panorm.
in c. admoner. de renunciat. Azor. 2. p. inst. lib. 7. c. 19. q. 7. August.
Barbola allegat. 96. n. 4. & multis allegatis Garcia 11. p. de benef.
c. 3. q. 1. n. 25.

3 Hinc sit vicarium Episcopi non habere potestatem admittendi
resignationes, nisi ei ab Episcopo expreßè concedatur;
quia non habet potestatem amouendi clericum à beneficio cap.
2. de vicarij officio, in 6. & multis relatis docet Garcia 11. part. de
benef. cap. 3. num. 25. Barbola alleg. 54. num. 66. Quod adeo re-

rum est, vt esto illi concessa sit potestas conferendi beneficia,
non concessus concessa potestas admittendi resignations, aut
contra, quia sunt diuersa. Barbola supra. num. 67. Garc. 11. p. 3.
num. 163.

4 Sit secundo capitulum sede vacante potestatem habere ad
mitrendi resignations purè factas; quia succedit Episcopo ^{ad}
omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus à
iure expellis. Cum autem admissio resignationis pertineat ad
Episcopi iurisdictionem, neque inueniatur in iure excepta capitulo,
sit sancte ad ipsum pertinere. Flamin. lib. 7. de resign. q. 23. n. 20.
Azor. 2. part. lib. 7. c. 19. q. 7.

5 Si vero de beneficio resignandi loquamur, omnia bene-
ficia sive reseruata sunt, sive non, possunt purè, & simpliciter
cotam ipsi resignari. Nam licet ordinarii beneficia reseruata
providere non possint, coram tamen resignationes optimè pos-
sunt admittere. Quia nullibi est prohibitum. Et sicut possunt
ordinarii à beneficiis reservaris clericos delinquentes amouere,
ita possunt eorum beneficiorum resignationes admittere. Flamin.
lib. 7. de resign. q. 14. n. 5. Aug. Barbola alleg. 69. n. 23. Azor. 2. p.
lib. 7. q. 9. n. 26. Item possunt beneficia iuri patronatu, inconsu-
to patroنو, coram ordinariis resignari, non tamen providere sive quia
in resignatione pura non praedicatur patrono, bene tamen in
collatione. Azor. dicit lib. 7. c. 25. q. 4. Beneficio item ligioso
cedere potest gratia, & fauore colligantibus quia haec cessione licet
extinguitur. Non tam potest in alium transferre, donare, aliquo
modo cedere, iuxta text. in c. 2. ne lite pendente in 6. & tradit
Azor. 2. p. lib. 7. c. 25. sub 9.3.

6 Quocirca solum de duplice beneficio est aliquas difficulta-
tes, an resignari possit? Primo de beneficio, ad cuius titulum
sacris ordinatus es. Secundo de beneficio, quo ratione delicti
es ipso iure priuatus, vel venis priuandus? Et quod primum
regula certissima est; si non habes unde te sustentare possis,
nullam esse resignationem, nisi hac qualitate expellis; quia est
expresè contra Trident. s. f. 1. cap. 2. de reformas. Quod non
solum habet verum in resignatione facta coram ordinario, sed
etiam in manibus Pontificis. Nam concilium absoluere loquitur,
neque Pontifex praemundus est velle decero ita prudenti de-
rogare.

Quod si de facto habes, unde commodè vivere possis, vel be-
neficium cum pensione sufficiens ad te sustentandum resignes,
iam videris intentioni concilii latifacere. Ergo potestis tunc be-
neficium resignare, quin exprimatis fuisse ad illius titulum ordinatum.
Aliqui hoc concedunt, sed immerito. Nam licet satisfactura
sit finali concilio, non tamen eius dispositioni. Adde neque intentioni
concilii sufficere satisfactum, non enim concilium mentionem il-
lius qualitatibus expostulauit in resignatione facienda eo solo fine,
vt ordinatus haberet unde commodè vivere posset, sed etiam vt
ita simiter haberet, vt non posset se ea committare priuare sive
quare amittere resignationem beneficij, ad cuius titulum ordinatus es,
potestis loco beneficij patrimonium, vel pensionem subrogate; ita vt iniqua sit illius alienatio; sicut est iniqua
alienatio beneficij ad cuius titulum es ordinatus. Quæ omnia fieri
non possunt, nisi in resignatione illam qualitatem exprimas: te-
neris ergo eam exprimere, tametsi aliunde habeas unde te susten-
tare, possis, sic Garcia de benef. 2. p. 65. per totum, specialiter &
n. 214. August. Barb. alleg. 19. n. 35.

7 Quod secundum de beneficio, quo es ipso iure priuandus
ob delictum, vel venis priuandus, non desunt doctores, qui senti-
ant in utroque casu te non posse tale beneficium resignare in
favorem, bene tamen posse absolute, & simpliciter resignare.
Quia in resignatione simplici, & pura, nullum videtur prouiden-
ti fieri praedictum. Ita tamen ex resignatione conditionali,
cum ex illa obligetur prouidere beneficium secundum voluntate-
rem resignantis: & posito delicto, facta que priuatione liberè pro-
uisuras erit.

8 Ceterum vt cum distinctione procedamus, prius dicen-
dam est de beneficio, quo per delictum venis priuandus, deinde de
beneficio, quo ipso iure priuatus es. Et quidem te
posse beneficium, quo priuandum venis, resignare purè, & sim-
pliciter ante priuationem, ferè omnes doctores suimant, cum
Glossa in c. 2. v. l. 2. ne lite pendente lib. 6. vt videtur et apud Ioann. Gui-
tier. lib. 2. canon. quest. cap. 5. à num. 29. Cœur. in l. m. m. si ju-
rius de homicidio p. relect. §. 3. n. 7. Flamin. lib. 3. de resign. q.
16. Garcia 1. p. de benef. 3. à n. 62. Ratio est superius dicta; quia
nemini praedictum causas, cum beneficium prouidendum re-
mittit, immo tibi gratum haberi potest, quod priuationem futu-
ram praewens. Quapropter si accusatus sis de homicidio, periu-
rio, aliove crimen, ob quod beneficio priuandum esses, posses
ante priuationem ipso falso beneficio cedere, quia non cedis
beneficio ligioso, sed beneficio riue, & pacifice posse cedis
ex timore priuationis futuræ ob crimen commissum: sic relati
doctores.

9 Quod autem in supradicta causa possit beneficium in fa-
vorem resignare, docent Ioann. Guitier. Couaruu. Flamin. &
Garcia supra, & alii apud ipsos. Et ratio est effica, quia regu-
lariter culiber datum est proprium beneficium resignare in fa-
vorem; sed ob commissum delictum hac potestate non repri-
tur priuatus, cum non repertatur priuatus ipso beneficio. Ergo
potestis

poterit illud in favorem alterius resignare. Neque obstat ex hac resignatione prejudicium prouincie ordinatio, eo quod impeditur a libera illius prouisione: quia hoc prauidicium est per accidentem, & non spectandum, cum iure tuo viatis. Neque ad valorem huius resignationis requiri expellit criminis, quo ligatus es. Quia nullibi caueat talis expellit, ut alii relatis doceat. *Garc. 11. p. de benef. c. 3. n. 120.* quamvis alii contra teneant, sed absque firmo fundamento.

10 Extende supradictam doctrinam, etiam si aliis tuum beneficium impetrasset in euentum priuationis. Quia haec imperatio non impedit, quia tu vii possis iure, & potestate, quam habes beneficium resigandi; si quidem ipse impetrans ius habet ad beneficium non abiulice, sed sub conditione, quod illo priueris: potes ergo positionem huius conditionis impedit resignationem beneficiorum. Neque obinde dici potes te tollere ab imperante ius quiescitum, cum non sit illi quiescitum, nisi in euentum conditions. *Si Couart. dicta Clement. §. 6. §. 3. n. 7. Ioann. Guitert. dicto cap. 5. num. 9. Thom. Sanch. praecepta decal. lib. 2. cap. 26. num. vlt. Garcia 11. par. de benef. cap. 3. num. 72.*

11 Limitant hanc extensionem plures doctores, quos referit, & sequitur Gutier. *dicto lib. 2. canon. quiesc. cap. 5. à num. 41. & 42.* causa quo sciens imperationem ab alio factam. Nam tunc fraudulentis procedis resignans beneficium, principiū si non in favorem alieuius, sed absolue resignationem facetas; quia conuincens solum resignare ad impediendam alterius imperationem. Non igitur hac resignatione valere debet in praejudicium imperantis: & faret *text.* in cap. 2. de renuntiis. *in 6.* vbi habes regem præbendam, & credens pingue breui vacaturam, sciens tertium alium obtinuisse à Pontifice indultum pro prima vacaturam, suam resignavit, vt in ea ille tertius prouideatur, ipse vero resignans pinguiorem breui vacauram obinciret. Et Pontifex respondit, quod constito de predicta fraude resignantis, expectans Apostolicus omnia præbenda sic resignata prouideatur in præbenda secundo vacaturam, & resignans cœbat præbenda habita, & ambita. Ergo resignans animo, & intentione impediendi imperationem alterius, fraudem committit. Ergo non impedit ius alieuius.

Sed haec limitatio probanda non est. Non enim dici potest fraudem committere suo iure viens, vi licet ex animo peruerso renuntiatione facetus, solum in animo aduersus malitia, sed non in effectu. Neque casus *a. cap. 2. vrget.* Nam concessio expectativa, ibi facta fuit pro præbenda primo vacaturam, rebus ordinario cursu succedentibus, non pro præbenda ex industria, & ex malitia vacante, ac proinde posita malitia, & fraudulenta vacatio non ponit conditio requisita, vt habens graviam expectatiæ tenetur illa vti, ac proinde renuntiatione fraudulenta, esto valida sit, non prædicta expectanti. Secus vero est in predicti casu, vbi renuncians beneficio, quod times ob delictum tibi esse austendum. Nam etio noxias imperationem illud in euentum priuationis quia impedit, vt purgetur conditio, sub qua ci concessum est. Non tamen ex hoc documento, quod per accidentem sequitur, impedit potes iure quod habes renunciandi: & ita tener. *Couart. in dicta Clement. si fu. riosus. de Homicidio 2. part. §. 3. num. 7. Plaza de delict. cap. 12. num. 10.* & alii relatis *Garcia 11. part. de benef. cap. 3. numero 84.*

12 Secundo extendenda est supradicta doctrina ad renuntiationem ex causa permutationis: si quidem delictum non impedit, qui beneficium resignandum, & permundum tuum sit. Quod si dicas impedit delictum commissum, quod nouiter beneficium acquisitas, quia te infamem, & irregulariter constituit, & consequenter impedit resignationem ex causa permutationis, quia hoc consilium in depositione proprii beneficij, & acquisitione alterius. Facile responderet poteris, si aduertas non quodlibet crimen, ob quod beneficium priuandum venis, ut constitueret infamem, & irregulariter, ac proinde neque incapacem beneficium acquirendi: sed gratis concessio quod nouiter beneficium non acquisitas, non inde inferitur resignationem ex causa permutationis non valere, quia qui tecum beneficium permittat, in culpa non est, quominus tibi beneficium transferatur, ac proinde tibi imputari debet, quod beneficium de novo non acquiras. Ergo resignatione debet substituti: & ita tenet, alii relatis, *Garcia dict. 11. p. de benef. cap. 3. à numero 67.*

13 Maior difficultas est de beneficiis, quibus ipso iure priuatis ob delictum, an inquam haec ante sententiam declaratoriam criminis possit resignare, & permunare? Sed huic difficultati, tract. 4. de fide. disp. 4. quæst. 5. satisficiemus: ibi enim diximus, attenua communis sententia, nec resignari in favorem, nec permunari posse, quia sunt Sedis Apostolicae referuntur: sed concessio quod resignari possint, aut permunari, eo quod ante sententiam declaratoriam criminis non videatur titulus, neque dominio beneficiorum priuari. Facta tamen declaratione resignatione, & permunatio facta rescinditur, & nulla redditur, ac si à puncto commissi delicti nulla fuisse declarata. Sic ultra relatos ibi tenet *Lefsius lib. 2. cap. 34. dub. 35. num. 190.* Adserit tamen *Garcia 11. p. de benef. c. 3. num. 117.* horum beneficiorum resignationem va-

lidam esse, si fiat in favorem ex clausulis generalibus apponit, hoc premisso, sive alio quoque modo vager, dummodo alieno non sit ius quiescitum in tali beneficio. Nam verum est vacare beneficium ex resignatione, vel alio modo, scilicet priuatione; nemique esse ius quiescitum.

S. III.

Qui possunt beneficia renunciare.

- 1 *Omnibus licet beneficia renunciare.*
- 2 *Excipitur clericus in sacris, si non habet aliunde unde comode vivat.*
- 3 *Secundo excipitur infirmus, nisi post resignationem approbatam viviter 20. die ex reg. Cancr.*
- 4 *Neque sanus, nisi illud tempus vivat, resignare poteris.*
- 5 *Comprehendit dicta regula quemlibet exceptum.*
- 6 *Et quamlibet resignationem, seu cessionem.*
- 7 *Ego coram legato Pontificis fiat.*
- 8 *Et cuiusunque beneficij sit.*
- 9 *Item effore resignatione facta sit per procuratorem.*
- 10 *Qualquer dies computentur.*
- 11 *An repudiaris debeant incepiti pro completi.*
- 12 *Minor 25. anni non prohibetur resignare.*
- 13 *An concedenda illi sit restituio in integrum.*
- 14 *Trident. decretum fess. 5. c. 10. de regulari, habet locum in resignatione beneficiorum facta a nonito. Affirmatur plures.*
- 15 *Probabilis est opositum.*
- 16 *Quid dicendum, si non habes aliunde, ex quo vivere possas, vel suisti ad illius titulum ordinatus.*
- 17 *Ante susceptionem habitus non potes beneficium resignare, si aliunde non habes unde vivas, vel suisti ad illius titulum ordinatus.*
- 18 *Proximus profissio bene poteris.*

1 **R**egula est per se omnibus licet beneficia resignare iusta causa intercedente, nisi specialiter prohibeantur, sive cuiuslibet darum est suo iuri sponte cedere. Quapropter uidentur est quibus à iure prohibeatur resignatione, vt inde confiter quibus licita resignatione sit.

2 Primo prohibetur resignatione beneficij clericis in such constituto, si non habet aliunde, ex quo speciatim eius qualiter decenter sustinetur, tametsi ad illius beneficij titulum non fuerit ordinatus. Habetur expressè in constitutione *Pij V. 3. qui incipit. Quanta Ecclesie Dei.* Et licet haec constitutio solum de resignatione facta coram ordinario loquatur, habet ratione locum in resignatione in curia, vbi nulla resignatio admittitur, nisi cum clausula, quod resignans habeat unde commode vivere possit. Quod qua ratione intelligentur sicut *Garcia 1. par. de benef. cap. 5. n. 198. Aloysius Riccius responsum 173. in fol. August. Barbara alleg. 19. n. 40.*

3 Secundo infimo prohibetur resignatione, permittit, ut quouis modo cedere beneficij, nisi post resignationem, celiacum, seu depositionem à iure approbatam 20. dies superuenient, sicut regula *Cancr.* regula de infirmis beneficia resignabim. Quid se haber. Item volunt *Sanctissimum D. N. Papa,* quod si quis in infirmitate constitutus resignaret aliquod beneficium, huius simpliciter, sive causa permutationis, sive alias dimicet, aut illius commandat cesserit, seu ipsius beneficij ratione dissolutione consenserit, etiam vigore supplicationis, cum effet sanus figura, & postea infra vigenti dies, à die per ipsum resignationem pastizans consenserit compitando, de ipsa infirmitate decelerari, & ipsum beneficium, quavis autoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit, ipsum beneficium nihil minus per obitum censeatur vacare. Hactenus regula, quam nec explicat *Rebuffi. 3. part. prax. beneficij. tit. de resign. ratione personæ. Flamin. Paris. lib. 12. Azot. 2. part. lib. 7. c. 8.* Iusti compunctioni omnibus concessum erat beneficium quouscum tempore resignare, cedere, aut permunare, ut non fraudibus locutus debet ne beneficiis quasi bona temporalia confanguineis relinquatur, meino *Bull. VIII.* & reliqui pontificis successores statuerunt, ne cessiones resignations, aut beneficiorum depositiones illo tempore facta infirmitate haberent.

4 Citata quam regulam breueri aduertit, et si loquuntur de infimo resignante, iam ex stylo, & praxi recepta, intelligi debet de quolibet etiam sano beneficium resignare, quod indicant illa verba, que in regula multis abhinc annis sunt additi, ibi, etiam vigore supplicationis dum effet sanus figura, & non taut *Flamin. lib. 12. q. 6. n. 7. Azot. 2. p. 1. fin. moralib. 7. cap. 1. quæst. 3.*

5 Secundo haec regula comprehendit quemque resignationem, quoniamcum exemplum, etiam si Episcopus, Archiepiscopus, & sacerdote Romana Ecclesia Cardinalis. Quia regula signo viuenteri vitur, ibi, se quis in infirmitate constitutum illumin. quæst. 4. num. 6. 14. O. 21. *Rebuffi. gloss. 1. num. 4. Azot. quæst. 2.*

6 Tertio se extendit ad quamlibet resignationem; cessione depositio beneficij ibi; resignatione sine simpli-
citer, sive ex causa permutationis, sive alias dimiserit. Rebus; gloss. 4. num. 5. Mandol. in hoc reg. quæst. 13. Azor. quæst. 4. tametsi Ludovicus Gomez reg. de infirmis. q. 1. 2. per totam Gonzalez gl.
14. num. 57. censeant contrarium ex aequitate & benignitate approbadum esse.

7 Quarto habet locum, esto resignatione, cessione, seu deposi-
tione beneficij coram ordinario, vel legato Pontificis fiat. Quia
regula non limitauit ad resignaciones in curia. Et ratio finalis,
quæ in resignationibus coram ordinario, in curia procedit; ita tener, referrens bis in Rota sic
fuisse indicatum, Gomezius quæst. 16 post Cassalidum decr. 133.
Azor. 7. 4.

8 Quinto comprehendit quæcumque beneficia cuiuscunq[ue] qualitas, sive referuata sint, sive non, et si iurius patronatus; colligitur ex illis verbis si quis aliquid beneficium docet alii
relatis Azorius quæst. 6.

9 Sexto se extendit ad quamlibet resignationem, etiam per
procuratorem factam, quia resignans per procuratorem, verè
ipse resignat. Flamin. lib. 11. de resign. quæst. 5. num. 36. Az. dict.
lib. 7. cap. 28. quæst. 5.

10 Septimo comparandi sunt illi 20. dies, quibus debet resig-
natio supetrinuere à die quo resignationi à superiori approba-
tione prælitis religiosi consenserunt, ita ut p[ro] dies resignationis;
& dies obitus debant ad numerum 20. computandū compu-
tari. V.g. resignati primo Ianuarii hora et tunc deceplisti 2. 1, ea-
dem hora, tener resignatio. Quia enumeratis diebus, resig-
nationis, & obitus 2 viginti dies post factam resignationem superuerixisti. Q[uod] autem dies resignationis, & dies
obitus debant in numero 20. computari, docet Mandol. quæst.
13. num. 3. Flamin. dictio lib. 12. q. 8. n. 14. Azor. q. 7. Nā licet dies
termini non computetur in termino, sive cum quæst. 5. plane ff. de
verbis obligatis id verum habet in odiosis, secundum in favorabilibus
scimus intra 20. dies obligatis solvete, dies obligationis, & dies
solutionis non computantur, quia tunc non interest ut compu-
tentur. At in p[re]senti casu interest resignanti, vt dies resig-
nationis, & dies obitus computentur in illo numero 20. Ergo debent
computari.

11 Sed grauior dubitatio estan hi dies resignationis & obi-
tus debant computati naturaliter, ita ut incepti pro completis
habeantur, an de momento, in momentum? Nam si incepiti
pro completis habentur, si beneficium resignasti die prima la-
borum hora 8. ante meridiem & mortuis fuit 20. die m[er]itaria
ante horam 8. resignatio subsister, quia absolute dies sup-
eruerit. Quod autem dies incepit pro completo haberi debet,
probat lex quia statet, ff. de resip. vbi testamento facti fauore
decentur cum diem, quo testator impetrat atas ad testandum
sufficiat esse incepit: & tradit Glossa leg. incepit. 5. minor.
verbo monasterio prope finem, ff. de morib. Bar. lib. num. 2.
Bald. in fine Sed omnino tenendum est non esse computandum
diem incepit pro completo. Quia quoties à lege si: compu-
tatio per dies, sumitur dies de momento ad momentum, ita
ut si primo die Ianuarii hora 8. ante meridiem beneficium resi-
gnasti, debet decadere 2. illius mensis hora 8. ante meridiem,
vt resignatio tenat: alia si ante illum diem, & horam dece-
das, non tener resignatio, sed vacat beneficium per obitum;
& non per resignationem; sive expedit Flamin. l. 1. de resign.
q. 8. n. 26. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 7. cap. 28. q. 7. & in simili tradit
Anton. Gomez. leg. 20. ianu. numero 25. Thom. Sanch. lib. 2.
de matr. ap. p. 24. num. 16. & 22. Probarque lex. 3. §. minor em
de minorib.

12 Tertio videtur prohibitus resignare minor 25. annis ab
que autoritate tutoris, ex eo quod hæc resignatio est quedam
allegatione qua minoribus absque autoritate tutoris est inter-
dicta. Sed dicendum est minorum 25. annis, & maiorem 1. 4.
posse propria autoritate beneficia resignare, sicut & ea pot-
est accipere. Nam in causis spiritualibus, & ab eis dependenti-
bus minor 15. annis pro maiore habetur, vt tradit Glossa com-
muni recepta in cap. six parte verbo quamvis minor, de resip.
flamin. Flamin. l. 3. q. 7. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 7. cap. 20. q. 9. pro-
batque resip. in cap. si annum de iudicio in 6.

13 Sed an sic resignanti restituio, in integrum concedatur
gravis est controvenerit quam latè tractat Gouarri. lib. 1. cap. 1.
et p[ro] totum firmatque à num. 3. dari minori restituionem
in integrum, non solum quando res est integra, scilicet quan-
do beneficium non est alteri collatum, sed etiam si alteri colla-
tum sit. Nam nullibi habetur. hanc restituionem esse exce-
ptam, & generaliter minori grauier læso restituionem con-
cedendam fore. Neque obest, quod minor in spiritualibus, vt
maiore procedat, quominus si læsus ibi fuerit, restituio con-
cedatur. Quia agere potest vt maior in iudicio possessorum,
& tamen si in eo iudicatur, habet auxilium restituionis, vt ex
pluribus doctotoribus firma. Couat. lib. 1. d[icit]. 5. n. 8. Ceterum
ego ex istmo nullam esse restituionem concedendam. Nam
vel resignationem fecit ex causis à iure expressis, & approbatis
vel no. Si resignatione facta est ex causis à iure expressis, & approbatis
duo beneficia habebat quorum quodlibet erat sufficiens ad se

Ferd de Castro Sum. Mor. Pars II.

commodè substantiandum, vel in favorem consanguinei, aut
amicorum, aut cum refectione pensionis religiositatem quia ma-
trimonium volenter contrahent; aut religionem ingredi, non
potest restituiri. Quia in his casibus allegare non potest lesionem
cum iustissima fuerit resignationis & beneficium testitutions mi-
noris conceditur tantum si fuerit læsus, leg. Nam omnia. Cod. de
minib[us]. & leg. minoribus. Cod. de restitu. integrum, sic exprimit
Azor. 2. part. inst. moral. l. 7. cap. 20. quæst. 9. circa finem. Verum
si ab illa causa iusta resignationem fecit resignatione nec
valet, nec admittitur. Quomodo ergo auxilium restituionis implorare potest, cum restitutio locum non habeat, nisi ubi
fuerit translatum domum.

14 Quarto interdicti videtur resignatione religioso nouitio, ni-
si seruatis conditionibus statutis à Trident. s[ecundu]s 25. cap. 16. de re-
gularib[us]. ibi enim quilibet renunciationem, aut
obligationem professionem factam, etiam cum iuramento,
& in favorem causa p[ro] annullat, nisi fiat intra duos menses
proximos profissioni, & cum licentia Episcopi, seu eius vicarii,
& de facto professio subsequatur. Quod decretum habere
locum in renunciatione beneficiorum defendit Maiolus l. 3. de
irregulari. cap. 6. post num. 1. Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 13. d[icit].
num. 4. Azor. 2. part. inst. moral. l. 7. cap. 20. quæst. 6. Thom. Sanch.
lib. 7. in decal. cap. num. 19. Mouentur, quia eadem prouersis
ratio militar in renunciatione beneficiorum; ac in renunciatione
bonorum temporalium: sed renunciatione bonorum tempora-
lium facta à novitio invalida est non seruatis supradictis condi-
tionibus. Ego & beneficiorum resignatione. Deinde concilium
generaliter loquitur, ibi. Nulla quoque renunciatione, aut
obligatio. Ergo comprehendit beneficiorum renunciatio-
nem.

15 Nihilominus verius existimоuptadictum decretum lo-
cum non habere in beneficiorum resignatione: sic tenet Garcia
de benef. 11. part. cap. 9. a. n. 12. August. Barbola allegat. 99. n. 19.
Mouentur s[ic] quia à iure antiquo recedendum non est, nisi ex iure
vo expresso, sed ius antiquum concedebat nouitio benefi-
ciorum resignationem. cap. beneficium de regularib[us]. in 6. ibi nisi
ad id nouitij accedit consensus. & cap. ex transmissa. de renunc.
Ergo ab hoc iure recedendum non est, nisi nouum expressum
adit. At nouum ius Trident. non exprimit beneficiorum re-
signationem, imo potius claret in iure renunciationis
bonorum temporalium loquitur namque de resignatione
que in favorem causa p[ro] fieri potest, ibi: etiam in favo-
rem causa p[ro] fieri. Ergo non de beneficiorum renunciacione, que
in favorem causa p[ro] fieri non renunciantur.

16 Sed quid si non habetas aliunde ex quo vivere possis, &
principiū si ad illius titulum fuit ordinatus; Manuel 2. tom.
summ. cap. 7. a. num. 3. existimat huius beneficii resignationem
admiti non posse etiam seruata solemnitate concilii dicti cap.
16. eo quod in cap. 2. s[ecundu]s 21. de reformat. exp[licit] prohibetur
h[ab]et renunciar. Flamin. veto lib. 3. de resip. quæst. 13. num. 9.
dicit admittendum non esse. haec renunciacionem, nisi habita
professionis certitudin, qualis esset. si iam proximus esset ad
professionem, & à monachis admissus, ita ut mortaliter loquen-
do professio inequivocabiliter sequatur. At Thom. Sanch. abso-
lutē dicit seruatis conditionibus relatis in cap. 6. s[ecundu]s 2. de regu-
larib[us]. fieri haec renunciacionem posse facta mentione quod
ad aliud titulum fuit ordinatus qui tacitam habet condicione-
m, ut professio sequatur, illaque non sequuta redditur noui-
tio, etiam si alteri fuerit collatum.

17 Ego vero dicendum existimō, primo ante susceptionem
habitus te, non posse beneficium resignare, si ad illius titulum
fuit ordinatus. vel non habetas ex quo vivere possis. Quia hæc
resignatio prohibetur à Trident. in cap. 2. s[ecundu]s 1. de reformat. sic
per certo supponit August. Barbola allegat. 99. num. 20. Ludovic.
de Miranda in man. prælat. tom. 1. quæst. 2. art. 2. Garcia 11. part.
de benef. cap. 9. a. num. 23. Dices in constitutione illa Pij. V. su-
perius relata concedit facultas ordinantis admittendi resigna-
tiones ingressu religione, vel matrimonium contractari.
Ergo ob huiusmodi causam admitti potest resignatio etiam
si aliud non habetas, ex quo sustentari possis. sive Flamin. Paris.
lib. 5. q. vult. n. 166. & seqq. Additique beneficium conse[nd]endum
non esse, quoque professio subsequatur, quia r[es] tunc non
conferat vacare.

Sed non est recedendum à priori sententia, quia constitutio
Pij V. aequiparat ingressus religionem eum matrimonium
contractari, decennitique eorum resignations ob has causas ad-
mitti non debet; nisi te ipsa religionem ingrediantur, & mar-
rimonium contrahant. Loquitur ergo pontifex de ingressu
per professionem sicut de matrimonio contracto per verba de
presente. Quia solus hic ingressus sicut & matrimonium, in-
ducit beneficiorum vacationem: tenet Garcia 11. part. de be-
nefic. cap. 9. numer. 24. approbas in hac parte quod docuit
Manuel Rodriguez tom. 1. regular. quæst. 37. art. 2. nempe
nouitium non posse resignare beneficium nisi quando iam
esset in procinctu ad professionem & omnia effera ita dispo-
sita ut mortaliter professio impediatur non possit. Adde in hac
parte constitutionem Pij V. non videri intelligi posse de benefi-
cio, ad cuius titulum sis ordinatus; quia post ordinationem in

D 4 facit

Tract. XII. De beneficiis Ecclesiasticis.

314

sacrifici non est aditus ad matrimonium, eius contractum & quoniam inter cunctis religionibus ingressu Pontifex comparat.

18 Secundo dico nouitium proximum professioni optimè posse beneficium renunciare, sive absoluere eotam ordinario: siue in favorem eorum Pontifice, tamen aliunde non habeat unde vivat, vel ad illius vitulum fuerit ordinatus facta huius qualitatibus mentione. Hoc mihi persuadet praxis harum resignationum communiter recepta. Durum namque esset priuare nouitium potestate resignandi, & cogere ut permitat professione secreta beneficium vacare. Neque inde sit nouitium, si aliquo casu contingenti professionem non emitat, esse priuandum beneficium. Quia illa renunciatio non habet effectum, quousque professionem emitat, sicut renunciatio contracturi matrimonium facta eorum ordinario ob hanc causam eorum ordinario non habet effectum, quousque de facto matrimonium contrahatur; ac proinde ordinarius nec propoundere beneficium potest, nec valebit eius prouisio: quia non purgat conditio imbibita ex iuris dispositione in renunciatione, & consequenter nunquam beneficium vacabit.

S. IV.

An per procuratorem possit resignatio fieri.

- 1 Per procuratorem fieri resignatio potest.
- 2 Hic procurator potest esse laicus.
- 3 Forma constitutio procuratorem.
- 3 Non habet a iure tempus determinatum ad praestandum consensum.
- 5 Sed an procuratorem consensu trahatur ad diem, quo mandatum accepit? Affirmat aliquis: Sed non probo.
- 6 Consensus procuratoris excedere mandatum non debet.
- 7 Si mandatum dediit ad resignandum, reseruatis omnibus fructibus, & procurator integrè conditionem non seruavit, non valeret resignatio.
- 9 Idem existim, si mandatum daves ad pure resignandum, & procurator sub conditione resignauit.
- 9 Procuratoris potestas morte mandantis finitur.
- 10 Item finitur revocatione mandantis.
- 11 Qualiter hoc revocatio.
- 12 Beneficium resignatum vacat eo loco, quo resignatio non fit, quo datum est mandatum.

Consistit omni sententia resignacionem fieri per procuratorem posse. Nam generale est ut possit facere per alium, quod per te ipsum facere potes, nisi expresse prohibeat ex l. Labeo ff. de usucaptionib. Nullibi autem es prohibitus, resignationem facere per procuratorem, nisi in Romana curia commeritis, cum resignationem facis. Ergo in omnibus aliis causa licet tibi est ad resignandum procuratore, utile ex omnium sententia tradit Rebuff, prax. benefic. 3. p. tit. de procurator, ad resignandum constituis, num. 1. Afflitas vero in Romana curia prohibitus es per alium praestare consensum, ex reg. Cancell. 40. ibi Apostolica littera nullatenus expediantur nisi resignantur, vel cedens sit presens, vel in Romana curia fuerit personaliter, aliquin per procuratorem consensum praebent. Sic Garcia de pensiis q. 1. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 1. q. 8.

2 Hinc procuratorem constitueri potes, eto laicus sit Qui nomine alieno, nisi proprio resignat. Sic Glossa Cardini. & alij in Clement. verbo procuratorem: de renuntia; Rebuff. 3. p. prax. benefic. sit. de procuratore ad resignandum constituo. n. Azor. q. 1. Addit. & monachus in procuratorem constitueri potes, si superior consentias. Qui tamen consentire non debet, nisi in utilitatem conuentus cedat resignatio. Quia in cap. Monachi 2. 16. q. 1. carent ecclesiastica negotia monachos, non possit nisi monasterio vtile sit & Abbas pricipiat, Glossa in suprad. Clem. Rebuff. num. 17. Azor. q. 3. Item potes non solum unum, sed plures simul designare, aut singulos in solidum prout tibi placuerit: sic Glossa in dict. Clem. Si autem plures designes simul, unus sine altero cedere non potest, non tamen est necessarium, ut simul consensum praebeant, sufficit, si unus post alium quia nullibi contrarium cauetur: si autem quolibet in solidum designes, quilibet cedere poterit: sic Flamin. lib. 9. q. 3. n. 27. Azor. dictio lib. 7. cap. 22. quaf. 4. Item idem procuratorem potest a duobus compertimutibus eligi, quia nulla appare contradicatio, quod utriusque personam representet, & utriusque nomine beneficium dimittat, & recipiat: sic alii relatis Azorius 2. part. lib. 7. cap. 2. quaf. 4. 4. Nunquid tamen eligere potest procuratorem ad recipiendum beneficium & illud dimittendum, quia ante adoptionem beneficium illud dimittere non potest. Ergo nec potes potestarem concede dimittiendi. Azor. suprad. q. 24.

3 Forma constitueri procuratorem est ut mandatum scriptum sit a publico tabellione, seu notario, & obsignatum signo publico iudicis ordinati: & tale mandatum recognoscatur ab ipso, qui mandat, & a tabellione subscrivatur: insuperque in mandato continetur expresse facultas ad resignandum, & beneficia, quae resignari debent. Rebuff. dict. 3. pars. iii. de procura-

torib. n. 8. Flamin. q. 7. Azor. q. 6. Nunquam tamen ex generali mandato etiam cum plena, & libera admis. iuratione, celeste ad resignandum constitui, sicut neque ad donandum. Procurator, cuiusq. de procuratori. & c. 2. eadem. tit. in 6. Sic. Azor. & Rebuff. supra.

4 Procurator vero constitutus non habet à iure tempus determinatum ad praestandum consenserit resignationi, sed interim dum à mandato non reuocatur, consenserit praestare potest. Flamin. lib. 9. q. 13. quamvis non desint, qui dicant post quadriennium statu mandatum, & in Francia post annum non admitti. Prognaciarum ergo consuetudo spectanda est. Num tamen est certum, si supplicatio signata sit, debet procurator expediri, & iuxta constitutionem Gregorij XIII de publicatione resignationibus publicati, Azor. dicta 2. p. lib. 7. cap. 22. q. 9.

5 Sed an procuratorem consensu trahatur ad diem quo mandatum dediit ad resignandum; Affirmat Flamin. lib. 9. quaf. 15. & n. 1. Et sequentur. Azorius quaf. 10. Moutentur, qui ab eo die censoris beneficium pro derelictu habent. Ex quo infero quod si Titius in mense Augusti procuratorem constituit, idem Titius mense Septembri penes ordinarium loci beneficium cessit, & mense Octobri vi mandati Caius procurator beneficium resignauit, valeat resignatio per procuratorem facta, licet posterior, quia retrotrahitur ad diem, quo Titius inedito mandato Caium constituit procuratorem. Sed haec mihi non probantur. Non enim beneficium vacat, cum procuratorem constituitur; ergo non potes censori beneficium relinquere. Deinde retrotrahitur non admittitur in reliquo auctib. à procuratore factis. Ergo neque in resignatione beneficium est admittenda, cum non habet in iure aliquod speciale fundatum. Hincquid adiustus supradictam illationem infero. Titius constituit Caium procuratorem mense Augusti, & mense Septembri eundem Titium beneficium resignantem, valeat eius resignationem, cum mense Octobri Caius resignat. Nam illius resignationem, Tam quia per resignationem Titi cessauius mandatum. Tam quia facta Titi resignatione, quae valida fuit, cum ex constituto procuratore non impediatur resignare, non habet Caius quid resignat.

6 Deinde consensus à procuratore praefatis exceedere mandatum non debet. Quia nomine proprio non agit, sed alieno, & per mandatum ei potestas communicatur omnes doctores, probaque textus, in cap. cum dedit, de rescript. ea, cum olim de officio iudicis deleg. leg. diligenter ff. mandati. Hoc sit constitutio procuratorem ad resignandum in favorem Titii, non posse in favorem Caii resignare? neque constitutum ad resignandum cum reservatione pensionis, potest absolute resignare, vel resignare reseruatis fructibus, quia non fecerat formam mandati. Idem est si constitutus ad resignandum eorum ordinario resignat eorum Pontifice, aut econtra Flamin. & dicto lib. 9. q. 7. per totam, & Azor. 2. p. lib. 7. cap. 11. q. 11. vbi pluribus aliis exemplis hanc communem doctrinam exponuntur.

7 Solum est dubium: an si procuratorem constituit ad resignandum reseruatis omnibus fructibus, ipse vero reseruare fructum, seu pensione resignatur, tenet resignatio? Et item est, si sit constitutus ad resignandum cum reservatione regresus, accessus, vel ingressus; seu coadiutor, tenet resignatio omnia hac conditione; Affirmat Flamin. dicta 9. 17. & num. 10. Azor. dicta 9. 12. dummodo per procuratorem non stetere quomodo resignatio cum illa conditione fieret. Quia illa conditio, cum difficultis sit & Pontifice soleat repellere, non videtur mandatarius ad illam arcari, sed solum obligari ad illam procurandam.

Ceterum contrairem verius sensio cum aliis relat. à Flamin. supra. Quia etio supra dicta conditio difficultis sit constitutus: & sepe conceditur, & sub illa, & non aliter est procuratorem constitutus: ergo illam omisere non potest. Deinde resignatio, in qua pars fructuum, seu pensione referatur, diversa omnino est a resignatione cum reservatione omnium fructuum, & resignatione simplex, & absolute longe diversa est a resignatione cum reservatione regresus. Ergo ex facultate ad resignandum reseruatis omnibus fructibus non potest inferri facultas ad resignandum cum reservatione pensionis, neque ex facultate ad resignandum cum reservatione regresus facultas ad impinguem resignationem.

8 Econtra dubitare potes, si mandatum dediit ad pars & simpliciter beneficium resignandum eorum Pontifice, & mandatarius resignavit reseruata pensione, vel fructibus, tenet resignatio; Affirmat Azor. dicta 9. 12. fine. Quia in ea resignatione reseruata mandatarius tuum negotium facit. At verius credo resignationem non valere: & quia ad resignationem conditionem non dedisti mandatum. Neque dici potest mandatarius mandatum excedens viriliter mandantis negotium gerere, cum ea ex voluntate mandantis procedat.

9 Rursus procuratorem potestas morte mandantis finitur. Quia cum non agat nomine proprio, sed alieno eo celiatur, habetur expresse clement. ult. de procurat. & tradit. Glossa com-

DE
CAS
PALE
TOP

niter recepta in clement. I. de renunciat. Quod intelligendum
venit dummodo res sit integræ. Nam si per procuratorem cepta sit
ad effectum illam perdulere poterit ex leg. nam & servus fit de
reg. scilicet. Ex quo fit, si resignator pro resignatione supplicavit, &
supplicatio fuit à Pontifice signata, & à ducato recognita, viuo
resignante, posse ex mortuis confessum in Cancelleria, vel Ca-
mera Apostolica præstare, ut litteræ expediantur, & officio ca-
pi possit. Quia ante mitem resignatio fuit gratia facta, & ius
resignatoris quæsumus, & ille confessus postea succedens retro-
trahitur ad diem admissionis supplicationis. sic Flamin. l. 9. q. 24. n.
14. Azor. 2. p. in fol. mor. l. 7. c. 22. q. 13.

11 Secundo finitur procuratoris potestas reuocatione man-
dans, ut est expresa decisio text. in clem. I. de renunciat. Quæ
reuocatio & potest esse tacita, vel expressa. Tacita est, si alium
procuratorem designes, eius enim electione conferens præxi-
stentem renouare, non reservato primo, ut expressè decidatur in
e, non in isto, de procuratibz. ibi: dato posteriori prioris esse pro-
curatio renouata, & tradit ibi Glossa, verbo cum aliis. & clem. I.
de renunciat, verbo quomodo libet.

12 Ut autem tacite, vel expressè procurator cœnsatur reuocatus,
debet reuocationem illi denunciare, vel saltem ten-
tare eotam illo superiore, apud quem resignatio facienda est,
publicare reuocationem: quia hæc publicatio equivalent per-
sonaliam denunciationem, sic in supradicta clement. I. de renunciat. &
ibi glossa. Quapropter si procuratorem ad resigndandum in curia
facienda est, vel cotam superiori, apud quem resignatio facien-
da est, reuocationem publicare, tenetis reuocationem de-
nunciare in Cancelleria, & Camera Apostolica, quia vitroque
loco litteræ Apostolicae resignationem expedientur. sic cum
Flamin. l. 9. q. 26. per rotam. tradit Azor. dicto l. 7. cap. 2. q. 14.
Si autem procurator solum litteras missivas accipiat à mandante,
ne ultra in resignatione procedat quæcumque moueat, & ta-
mè ex hac cautione non sit reuocatus, est tamen eius offi-
cium sufficiunt, ac proinde nihil ultra agere potest, quia agit
contra voluntatem domini. Quod verum habet, etiam si sup-
pliatio signata sit, & à Ducato recognita, & solum desiderie-
tur in Cancelleria, vel Camera Apostolica confessus, adhuc, in-
quam, hunc confessum prelatæ non poterit, citique attenuatis,
si de facto. Flamin. q. 28. Azor. q. 14. in fine. Adiutor tam-
en, si malitiosè à procuratore, vel superiori impediari, quo-
minus possit eis reuocationem denunciare, procurator reuoca-
tus conlectur, ac si ipsi reuocatio intimata fuisset, ut decidat tex-
tus in elem. I. de renunciat, in fine. Et addit. Glossa verbo erit
alterum. Hoc verum est, esto vniuersum incipiunt reuocatio pos-
set. Quod textu non videtur conformes. Inquit episcopus tex-
tus, tenet cesso fada per num. anequum ad ipsius, vel illius (in cuius
membro cesso fuerit facienda) noritam reuocatio huiusmodi
sit deuoluta. Nisi forte per ipsos aut alios malitiosè factum fue-
rit, quominus ad eos vel coram alterum ante collationem po-
tuerit reuocatio peruenire. Ergo si non ita fuisti impeditus, qui
possidet alteri orum, scilicet procuratori, vel superiori reuoca-
tionem denunciare, cessa facta tenbit, & reuocatio non ha-
bebit eff. clem.

13 Tandem inquires, quo in loco cœnsatur beneficium resig-
natum vacare, in loco, quo mandatum concedis ad relig-
andum an in loco, vbi resignatio fit? Aliqui cœnsent ibi be-
neficium vacare, vbi beneficiarius mandatum dedi; quia vi-
tute mandati se beneficium priuat. Alij vero cœnsent beneficij va-
cationem vbi beneficiarius existit, attribuendam esse. Quia be-
neficij vacatione sita est in eo, quod beneficium domino caret
ergo vbi caret dominus ibi beneficium vacat, sed caret dominus
vbi dominus illud admittit. Ergo vacat ibi, vbi dominus exsistit.
sic Imola c. ultim. de rerum permutatione, in 6.

Ceterum tenenda est communis sententia, quam pluribus,
relatis fitat Flaminius lib. 9. q. 14. & Azorius 2. part. lib. 7.
cap. 2. q. 15. Gonzalez gloss. 15. §. 2. num. 11. & gloss. 13. in prime.
num. 42. & 43. beneficium co-loca vacare, quo resignatio fit?
Nam cum per resignationem formaliter vacet, ibi vacare cen-
sendum est, vbi resignatio perficitur, mandatum vero ad relig-
andum non est resignatio, nec vacatio, sed est causa resigna-
tionis, & vacationis. Non ergo loco mandati, sed loco resigna-
tions vacatio tribuenda est. Neque etiam tribuenda est loco
vbi beneficiari existit. Quia co loci non est forma vacationis,
scilicet resignatio, ac proinde ibi non potest esse vacatio. Neque
obstat ibi dominus caret beneficiario, quia caret per dimisio-
nem, & vacationem alibi factam.

S. V.

De conditionibus requisitis ad resigna-
tionem.

1. Duplex conditio expostulatur ad resignationem. & de qua in
præfensi agendum est.
2. Resignatio ex meo cadente in constantem virum caret robore
firmitatis.
3. Plures firmant esse nullam ipso iure.
4. Ope exceptionis esse recidendam verius existimo;

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

5. Satis fit oppositis fundamentis.
6. Resignatio benefici quo es spoliatus, venit rescindenda.
7. Apponuntur aliquæ limitationes.
8. Renuntiatio dolo facta nulla est.
9. Ex stylo curia debet beneficium resignandum saltem triennie
possideri.

10 Dplex conditio ad resignationem expostulatur. Prima ut
libera sit, hoc est ablique meru, & fraude, Secunda ut sit
puic, hoc est abique vila labi simonia. De hac secunda conditio
late egimus tract. de vitiis relig. opposit. disp. vii. de punt. 17. Prima ergo conditio in præfenti examinanda est.

11 In qua certum est resignationem meru cadente in constan-
tem virtutem factam firmitatis robore carere, tametsi iuramento
firmetur, sic Innocent. III. in cap. ad audiendum de his qua vi.
ad aures. ed. tit. c. redintegranda. 3. q. 1.

12 Solum est dubium si nulla ipso iure, an ope exce-
ptionis. Nullam esse ipso iure firmarunt plures doctores, quos re-
fert Flamin. lib. 13. de resignat. q. 2. n. 1. & Nauart. in accepta. de
resist. spoliatis. opposit. 5. foli. 1. ipseque alscit huic sententie mul-
to tempore adhaesit. Moutent primo. Quia resignatio meru
facta non impedit beneficii restituitionem, ut constat ex c. ad
audiendum. cap. ad aures. de his qua vi. ut si ipso iure valerer,
hanc restituitionem impedit: ideo enim spontanea resignatio
impedit beneficii restituacionem: quia ipso iure valer. Ergo si
resignatio coacta valerer, impedit restituitionem. Et con-
firmo. Restitutio beneficii dari non potest, vbi nullus titulus
etiam coloratus concedi potest: at si resignatio coacta tener-
nullus titulus etiam coloratus relinguatur in resignante. Ergo
nulla ratione restituti potest. Secundo si textus de resignatione
meticolosa loquentes expandantur, hanc nullitatem ipso iure
indicare videntur. Nam textus in cap. ad audiendum, inquit
cam resignationem robuste firmatis carere debere. Ergo non
est valida: nam quæ valida est, robur habet firmatis. Deinde
in c. ad aures. ed. tit. de his qua vi. dicitur resignationem ex
meru factam non obstat, quia is qui ad regimen Ecclesiæ prius
fuerat electus, preficiatur eidem: quod non videtur posse esse
verum, si validi eff. resignatio, & us in aliis eff. translatum
Item in clement. multorum de panu, inquit Pontifex resig-
nationem factam à coniecto in carcere, donec id faciat, nullius
omnitio decernimus esse firmatus. Quæ verba nullitatem ipso
iure clare indicant. Tertio probari potest nullitas resignationis
à simili. Electio namque meta facta est ipso iure nulla. cap. vbi
periculum. 5. ceterum. de electione. 5. & tradit Glossa in cap.
bona. 1. de electione. & Innocent. in c. quod sicut, de electione. Ergo
etiam resignationem. Tum quia contumaciam eadem est disciplina.
Tum quia electio agit de iure quarendo, & resignatio de quo-
xitio perdendo, quod difficulter fieri debet. argum. cap. dilec-
tus. de sponsalibz. Deinde matrimonium meum contractum est
ipso iure nullum, capit. cum locum. capit. veniens. de sponsa-
libz. Item ingreditus religionis per metum factus nullus est.
cap. 1. de his qua vi. Ergo & beneficii acquisitione, & illius renun-
ciatio.

13 Oppositum sententiam, nempe resignationem meru gra-
ui factam validam esse venire tamen recidendam actione
quod metus causa, veriori exstimo cum Glossa. Butrio, Ab-
bate, Cardin. & aliis, quos refert, & sequitur Flamin. lib. 13. q. 2.
num. 8. Nauart. in c. accepta de resist. spoliatis. opposit. 5. foli. a. n.
7.. Azor. 12. p. in fol. mor. l. 7. c. 26. q. 2. a. Garcia 11 p. de benef.
cap. 5. num. 143. Fundamentum est, quia ea quæ ex meru sunt,
meto iure valent, ut multis allegatis probatur tract. 2. de peccat.
disp. 1. punt. 9. Sed nullus est textus, qui resignationem beneficii
meru factam declarat esse ipso iure nullam, ut ibidem probauit, &
ex solutione fundamentorum opposit sententia amplius con-
stat. imo porcius in cap. Abbas dicitur debere in itin. um reuoca-
tio. Ergo resignatio beneficii ex meo facta valida est, venit
tamen recidenda implorante iudicis officio, vel actione quod
metus causa, ut supra text. constat.

14 Ad primam ergo rationem opposita sententia respondet
valorem resignationem meticolosam robore firmatis carere debere,
ut dicitur in cap. ad audiendum, sed nego inde inferri non
esse validam, sed solum inferiur non esse validam perpetuo, &
irreueabiliter, cum venias recidenda. Quia de causa in c. ad
aures, dicitur sic resignancem posse beneficio resignato prefici,
non, inquam, propria autoritate, sed officio iudicis, refectione
resignationis prius facta. Textus vero in clem. multorum, loquitur
de speciali causa, in quo non solum resignant fit iniuria in
resignationis coactione, sed etiam fit iniuria Ecclesiastico statui,

D. 2

eo quod in carcere à potestate laica detineatur. Non ergo minus est quod talis resignatio statuarit nullatenus ex huiusmodi textu non seu argumentum sumatur ad probandum reliquias resignaciones meticolosas validas esse siquidem in aliis textibus non virut verbis ita nullitate declarantibus; nullib[us] enim diximus; nullius omnino decernimus esse firmatissimis; viuefasim eam negativa omnem firmatam excludit. Item verbum *diximus*, denotat nouum ius induci, iuxta Glossa in cap. eos. de sententia ex commun. in 6. & clem. fin. de state. & clement. 1. de causa possef[er] & propriet. & clement. 2. de appell. & clement. per litteras de priuendis. & clem. 2. de rebus eccles. nō aliena[n]da. Ad ceterum concord. electionem meticolosam esse ipsa iure nullamque ita expresse in supradict. textu caueat; sed nego inde interri renunciationem esse. Quia nec sunt contraria neq[ue] est cadem ratio; cum electio ius publicum respicit, renunciatione ius priuatum. Simile vero de matrimonio, & ingressu religionis non virget, eo quod sunt status perpetui, & indissolubiles, non autem acceptio, vel renunciatione beneficij.

6 Secundo dubitabilis de resignatione facta beneficij, quo es spoliatus; an in quam, talis resignatione veniat etiam rescindenda? Respondeo rescindendum venire ob præsumptionem coactionis. Nullus enim presumi potest spoliatus cedere sponte suo beneficio, ex textu expresso in cap. *solicite*. de restitu. spoliat. & ibi gloss. & doctores. Dicit tamen perenni restoratione probata rum spoliationem violentam, cum tempore spoliationis ius saltem coloratum in beneficio habere. Alias repellit posterius.

7 Patitur tamen haec conclusio aliquas limitationes. Prima si coram iudice idoneo, ex cuius praefecta cessate violencia potest, resignationem spoliatus faceres. Quia tunc testium non debet, co quod esset præsumptio resignationem ex priori voluntate, qua fuit spoliatus natam esse. sic Abbas in supradict. c. *solicite* num. 10. Flamin. alii relatis, lib. 13. q. 5. f. 5. num. 22. Azor. 2. p. *infis. moral.* lib. 7. cap. 26. q. 7. Secunda limitatio est, an resignatione post spoliationem brevi tempore contingat. Nam si post annum facta est, cessat præsumptio violentiae continuata. Flamin. p. 41. Azor. dicta q. 7. Tertia limitatio est, ut resignatione fiat per procurato[rum] ante spoliationem sponte electam. Quia ex electione spontanea procuratoris cessat præsumptio, que ex spoliatione nascitur. Azor. *supra*.

8 Tertio dubitabilis de renunciatione dolo, seu fraude facta, an ipso iure nulla sit, an veniat annullanda? Credo probabilius esse ipso iure nullam. Quia deceptio tollit omni modo libertatem, quam meus diminuit, & probat Glossa in cap. *suggestum*, verbo decipiat. 7. q. 1. Azor. 2. p. lib. 7. c. 2. 6. q. 3. & 4. Neque obstat textus in cap. *redintegranda*. 3. q. 1. & alij ibi relati à Glossa, vbi dulos, & violencia exquirantur, quia exquirantur quoad redintegrationem, ita ut omnia, sic dimissa redintegrari debant, sed diuerso modo nam ea quæ dimissa sunt ex mera redintegratione quodius, & possessionem: quia ius, & possessionem amittit: et ar quæ dimissa sunt ex dolo, solum redintegratione facta, non de iure, quia solus de facto, & non de iure dimissa sunt.

9 Praeter supradictas conditions ex parte resignantis, alia conditio ex stylo cuius inducta est pro resignatione beneficiorum residentiam expolitulatam, maxime si sit in fauorem, seu sub reservatione pensionis, atque vt resignans fatem triennio beneficium possederit. Quapropter tenetur declarare tempus, à quo beneficium habuit. Nam si breve est, non admittitur eius resignatione: Flamin. de resignat. lib. 3. q. 2. n. 2. & Garc. 22. p. cap. 3. à n. 4.5.

Conditiones vero ex parte resignatarij, & beneficij resignatarij & superioris admittentes resignationem ex supradictis licent.

S. VI

De publicatione resignationum

- 1 Statuitur regula Cancelleriae.
- 2 Finis huius constitutionis.
- 3 Comprehendit omnia beneficia cuiuscunque sint qualitatis.
- 4 Excipiantur beneficia consistorialia.
- 5 Comprehendit consititutio quilibet exemptos etiam Cardinales.
- 6 Et quamlibet resignationem etiam simplicem coram Pontifice factam.
- 7 Esto nulla sit resignation ex aliqua resignatarij incapacitate.
- 8 Item comprehendit publicatione beneficia resignata vacancia ob non factam publicationem.
- 9 Extenditur ab aliquibus hac publicatione ad coadiutoriam cum futura successione. Sed non admittitur.
- 10 Statuitur tempus, innera quod hac publicatione facienda est.
- 11 Item locus in quo debet publication fieri.
- 12 Item modus publicationis.
- 13 Pena imposta non publicanib[us], aut possessionem non capientibus expenduntur.

14 Imperatori possunt beneficia ob non factam publicationem.
15 Quasi er probandum est factam non esse.

1 Sunt regulæ Cancelleriae de publicac[i]o[n]is resignationibus. Imitari. & est in bullario 87. in ordine, quam curia Romana observat, & ad verbum refert Flamin. Paris. de resignat. lib. 11. in prefat. 2. 5. Quaranta in summ. bulliar. verbo beneficiorum resignationum publicationem. Propter Aug. in additionib[us] ea, inquam, renunciata est vel in totum, vel magna ex parte constituti Sixti IV. & Pij V. quarum meminit Azor. 2. p. *infis. moral.* lib. 7. 1. 4. q. 1. Gregor. iugur X 111. In supradicta constitutione flamin. omnes resignations etiam ex causa permutationis, de quibus cunctis beneficiis, nec non cessions litis, & iuris beneficij per cessionem tempore cessionis non posselli factas in missis Papar, & super eis prouisiones, seu mandata de prouidendo publicati debere cum litteris Apostolicis desuper confessis intra sex menses, si ea beneficia circa menses existant, nouem vero menses, si ultra menses existent: qui menses numerandi sunt à data prima concessionis gratia, non autem à die prædicti consensu. Quod si resignations, cessions, &c. etiam ex causa permutationis facta fuerint extra curiam in manibus legati à latere Episcopi, aut alterius collatoris, teneat collator iura mensuram vel resignationem admittere, vel reiicare, & si illam admittat, intra idem tempus negotium absolvitur: s[ic] alioquin beneficium ad Sedem Apostolicam devoluitur; & ordinariis ea vice potest disponendi de beneficio priuatur; ipse vero resignatus renuntiat intra tres menses à die sibi facta proutiousnam cam publicare, & possessionem beneficij capere: publicatione autem facta est in Ecclesia in qua situm est beneficium, vel in Ecclesiis, si in pluribus sit, & in Cathedrali: Quod si locus sit p[ro]pe, bello, aliove impedimento infectus, publicatione fieri debet in parochiis vel viciniis. Modus publicationis statutus, ut sit cum ad missum solemnia frequens populus conuenient, ostensum litteris Apostolicis, vel carum transflumpio, & alta, intelligibilis voce explicatis, tum resignatione beneficij, tum nominibus resignantibus, & resignatarij; insuperque ut valvis Ecclesiæ hæc publicatione apponatur. Si beneficium fuerit litigiosum eodem modo publicandum est, & vigore litterarum Apostolicarum approbatione resignationatus possessionem intra supradictum tempus debet: quod si proper item, aliudne impedimentum prædicti requiri, instare debet apud executorem pro illarum litterarum excusione. Tandem subdit Pontifex, his non servari gratiam esse initam, & inancem, nullamque alias gratiam super huicmodi beneficium, ea iure cessi, nisi quibus concessa fuerit suffragari, sed plor inabiles, & incapaces esse ad huiusmodi beneficia quandoque obnenda, ipsaque sua iura ab ipsa statim prima resignatione, & cessione, etiam si ipse alias nullæ, aut inqualiter essent vacavisse, & tunc vacare eo ipso.

2 Hæc publicatione statuta est, ne clandestina, simulata; & fiducientia resignationes, neve resignantes ad resignata beneficia redcant, neve ordinarii collatores iure quo habent ad confirmationem præsentent, neve parochiani suos pastores, & à quibus debent se crumenta recipere, & decimas soluerent ignorant.

3 Hæc constitutione comprehendit omnia beneficia cuiuscunque qualitatibus sint. Quia signum illud uniuersale quod est datus, in dicta constitutione appositum, hoc omnia complectitur. Et tertia id clavis verbis Gregor. X 111, explicit. Inquit enim de quibuscumque Ecclesiis, monasteriis, prioriis, tam vicariis, quam mulierum, dignitaribus, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis, secularibus, & quatuorvis ordinum etiam militiam regularibus etiam electivis, & manualibus, & etiam de iure patronorum laicorum illustrium, & alia quomodo cumque ecclesiis suis pacieis, suis in petitorio, & possessionis litigiosis, &c. Ex quibus manifeste constat comprehendit sub hac constitutione beneficia tam facultaria, quam regularia, tam perpetua, quam temporalia, tam pacifica, quam litigiosa. Azor. 2. p. *infis. moral.* lib. 7. cap. 24. q. 5. immo etiam beneficia commendata, quia commendatio peritura loco tituli habetur. Azor. 9. 7. *vers. quare.* Item non solum supradicta beneficia, sed etiam iura ad illa, si ex resignatione obnendas, publicare debes, Nam Gregor. inquit. Quicunque dictorum beneficiorum resignationes, ne non sit, etiam quorumcumque cessions, &c.

4 Solam beneficia consistorialia, quaque in consistorio conferuntur, qualia sunt Episcopatus, & Archiepiscopatus, ab hac eximuntur publicatione iuxta confutudinem receptam, Rebus in præ. reg. de publicand. gloss. 1. Flamin. lib. 11. 2. 3. n. 25. Azor. 2. p. 2. q. 5. Notantes dixi quae in consistorio confituntur; nam alia beneficia consistorialia minora, qualia sunt Abbacie, & Prioratus, quæque extra consistorium prouident, publicari debent, ut in supradicta constitutione expressè cauetur, & notaui Azor. supra.

5 Deinde adstringit hæc constitutione quilibet quantumcumque exemptos, etiam Romanos Ecclesias Cardinales, qui beneficia ex resignatione obtinuerint.

6 Sed

6 Sed dubium est ex qua resignatione debeat obtinere? Et quidem si ex resignatione facta coram ordinatio obtineant, tenentur publicari ex quaunque resignatione obtinuerint. Quia in superdicta cōficatione exp̄lētā caeterū, ibi de beneficiis, que deinceps in manibus ordinariotum collatorum, &c. resignati etiam ex causa permutationis conserguntur. Praterquam quod apud ordinarium duplex tantum resignatio fieri potest, vel simplex, vel ex causa permutationis. Adquirit tamen Garcia 11. p. de benef. c. 3. n. 189, hanc constitutionem quod has resignations, & permutations coram ordinario factas, non esse vñ receptas, maximè in Episcopatu Abulense, vbi nuquam, publicantur. Quid mihuc datur videtur, nec facile credetur, praeceps cum Flamin. lib. 11. q. 9, exp̄lētā dicat vñque esse receptionem Neque appetat legitima causa contraenunciendi huic constitutioni.

At si ex resignatione facta cotam Pontificis beneficium obtineat; non delim qui existimare te non esse obligatum publicare, si ex simplici resignatione obtinebas. Quia illa verba, a tempore data sua gratis, indicate videntur resignationem fusile in fauorem: sic Garcia 11. p. de benef. cap. 3. n. 334. & 335. Sed verius existimo ex quaunque resignatione beneficium obtinebas, te esse obligatum publicare. Quia Pontifex generaliter loquitur ibi, omnes resignations, &c. Et quia eadem ratio militat in resignatione simplici, ac in resignatione in fauorem: sic Azor. 2. p. lib. 7. cap. 24. q. 7. vñ queri solet. Quod intelligendum est, non solum de primo resignatario, sed de secundo, & tertio, ita ut si ista tempore concessum ad publicandum primus resignatus in aliis cedar, his secundus cessionarius obligatus est publicationem facere, & beneficii possessionē accipere intra primum terminum publicationis designatum; sic exp̄lētā Pontifex ibi. Plus resque & quoiquot in aliis, vel alios cessiones, & etiam in primis resignationibus, vel cedens in retrocessionis termino praedito minus lapsi intercesserit; ita ut vñs dumtaxat terminus omnibus his successibus, tecto cessionibus decutatur, & qui postrem gratiam habuerit, publicationem huiusmodi facere, certamente omnia hic præcipit circa eundem terminum præstare tenet. Azor. dicto c. 24. q. 6.

7 Præterea exequitur hoc obligatio publicationis ad obtinentes beneficia ex resignatione, nam eti resignatio nulla sit, vt confit ex verbis. Inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia quodcunque obtinendis, sp̄a que sine iura, ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiam si illa aliis nullis, aut invalidis efficiat vacuisse, & tunc vacare censeantur ex ipso.

Sed non est facil explicatur, ex qua nullitate hoc sit intelligendum. Nam quod Flamin. lib. 11. de resign. q. 7. num. 3. firmitat, nempe intelligi solum de nullitate contingente ob non factam publicationem, mihi non probatur; qui Pontifex loquitur de gratiis, quia statim ab ipsa prima resignatione nulla, & igualiter esset vt ex superdictis verbis constat. Ergo non de gratiis, quae ob defectum publicationis nulla esse contingunt, cum obligatio publicationis malto tempore post primam resignationem adueniat; & gracie obtentia ob non factam publicationem iterum publicari contendantur. Quapropter existime hoc intelligendum esse de resignationibus nullis ex incapacitate occulta resignatarii; cum enim resignans cesserit beneficium, putans resignationem caparem esse: ipseque resignatarius ex resignatione sibi facta accepit, obligatus est publicare, tametsi resignatio eius inhabilitatem nulla fuerit.

Notanter dixi ex incapacitate resignatarij. Nam si nullitas contingit ex parte resignantis, eo quod incapax sit resignare, non video qua ratione resignatus obligatus sit publicationem facere, si ei confit de tali importunitate. Quia tunc clare intelligit non esse resignationem, nec sibi aliquod ius communicatum, led omnino obligatum esse dimittere: Secus vero est cum ex sua parte resignation non subsistit: quia potest impedimentum tollere; & illo sublatu beneficium tertere, eaque de causa constat Garcia 11. p. de benef. c. 3. n. 279. accipiente beneficium ex resignatione facta ab eo, qui non habet aliunde, ex quo sustentari possit, non esse publicandum; quia resignans incapax est ad resignationem ex constitutione Pii V.

8 Item comprehendit publicatio beneficia resignata vacatio non factam publicationem. Nam licet hæc non videantur obtineri ex resignatione, sed ex noua vacatione ob non publicationem incurra. Quia tamen resignation principium dedit; ea de causa Pontifex statim eodem modo publicari debere. Ibi. Quicunque sit imperans, aut gratiam etiam mori simili habens prefinitione cuiuscumque causi temporis praeditum à data concessionis gratia sibi facta huiusmodi, ac omnia, que cadent à iure praedito debet, præstare censeatur. Azor. 2. p. insit. moral. lib. 7. c. 24. q. 6. vers. quares item. Garcia 11. p. ap. 3. 287. vbi bene aduerterit, hunc impetrantem infra sex, vel novem menses; & non infra tres publicare debere. Nam licet beneficium fuerit coram ordinario resignatum, non tamen est ab illo imperatum, sed à Pontifice, & pro omnibus Pontificis prouisionibus seu vel novem menses conceduntur. Hinc à fortiori constat; si beneficia coram ordinario resignata sunt, nec prouisa in tempore praefixo, ut vero illa à Pontifice obtinetur, obligationem habere publicandi. Qui vacant ex resignatione ad Pontificem devoluta. Azor. 1. p. lib. 7. c. 24. q. 7. circa finem Garcia n. 301, Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars. I. 1.

9 Aliqui vero extendunt etiam hanc publicationem ad coadiutoriam cum futura successione; quia hac videtur esse quadam resignatio eo, quod indiget coadiutori, & coadiutoris consensu. Sed non est admittenda haec extensio. Tum quia coadiutoria non est propria resignatio, cum per illam non dimittat beneficium resignans, sed solum consentiat, ut post mortem ipsius alteri consergetur. Tum quia vñca constitutione coadiutoris conuenire non posunt, non enim beneficij possessionem infra sex, vel novem menses capere possunt. Gonz. reg. 8. cancell. gl. 5. p. 9. n. 72. Garc. 11. p. de benef. cap. 3. n. 275.

10 Tempus autem inta quod haec publicatio facienda est, exp̄lētā Pontifex. Nam loquens de resignatione in curia sex menses constituit, si beneficium citra montes fuerit, ultra vero novem. Loquens tamen de resignatione coram ordinario illiusque prouisione, ipsi mensis constituit ad prouisionem, & resignatio eundem ad capiendam possessionem, & tices menses ad publicationem faciendam. Huiusmodi sex, vel novem menses computantur non à die resignationis, sed à die prouisionis Pontificis, hoc est; à die, quo fuit supplicatio signata, & à Datario recognita, tamētē littera non sicut exp̄ditā. Quid verum habet, etiam si plures cessiones intra tempus ad publicandum fuerint multiplicatae postremus inquam cessionarius obligatus est publicare à die prima data supplicationis, ut exp̄lētā caetera in superdicta constit. & notauit Azor. 2. p. 7. c. 24. q. 28. Tres item menses pro prouisione ordinariorum concessi computantur à die, quo ipse ordinarius beneficium constituit: ibi, intra tres menses à die sibi facta prouisionis. Hinc collige, si beneficium coram ordinario resignatum impetus, quia ipse in tempore non prouidit, vel quia resignatus non publicavit, sex vel novem menses ibi concedi ad publicandum, quia non ab ordinario, sed à Pontifice gratiam, & prouisionem habet. Garcia 11. p. cap. 3. n. 287. Azor. 2. p. 7. c. 24. q. 3.

11 Locum in quo haec publicationis facienda est, clare Pontifex exp̄lētā, dicere est Ecclesiā, in qua situm est beneficium, vel Ecclesiā si in pluribus situm sit, & cathedralē. Si autem est beneficium, vt vocant rurales; quia populo conuentuque carerit, esse Ecclesiā parochiale, intra cuiusvis limites coniungitur, & cathedralē. Et si locus petri, bello, aliisque manifestis periculis subiecta, proximam parochiale astumendam esse. Si autem beneficium in ipsa cathedrali exsistit, locum publicationi esse ipsum cathedralē, si tamen ad nullam diocesim pertinet, locum beneficij esse sufficientem. Azor. 2. p. insit. l. 7. c. 24. q. 8. Garcia 11. p. c. 3. n. 274.

12 Modus huius publicationis est, vt cum ad missarum solemnia frequens populus conuenit, scilicet die festo in cathedrali Ecclesiā, seu loco publico, ex quo omnes audire possunt, notarii habentes in manibus litteras originales resignationis, seu earum transumptum alta, & intelligibili voce notum omnibus faciat, quemadmodum A. resignavit suum beneficium, simplex constitutum in tali Ecclesiā, vel curatum talis Ecclesiā in manibus sanctissimi, & de eo facta est gratia. Vt apparet ex illis litteris, seu ex illo transumpto, quod in manibus habet; exprimeret inquam debet nomina, & cognomina resignantis, & illius cui est gratia facta, & qualitatem beneficij. Non tamen tenetur litteras legere, neque earum datam. Flamin. l. 11. q. 9. n. 41. Garcia 11. p. c. 3. n. 290. Azor. 2. p. insit. l. 7. c. 24. q. 8. Insuperque teneat hoc testimonium publicationis eodem modo ac dictū est valens Ecclesiā affigere, neque opus videtur ipsas litteras, aut earum transumptum ibi relinquere, tamētē praxis contraria obtinet, sed non ex necessitate; sed ad maiorem abundantiam Flamin. dicta quās. 9. num. 56. & 39. Garcia à numer. 296.

13 Peccata imposita non publicantibus, neque possessionem capientibus, aut saltē pro possessione non instantibus intra tempus præsumptum, est annulatio resignationis, & inhabilitas ad illa beneficia, sive iura quādōcumque obtinenda. Quam ponnam non eruit ex publicatione extra tempus constitutionis facta. Garcia 11. p. cap. 3. num. 304. neque ex possessione continuata etiam per triennium; quia triennia posse non suffragatur non publicantibus, ut exp̄lētā constat ex ipsa constitutione, & notauit Azor. 2. l. 7. c. 24. q. 8. in fin. Flamin. q. 6. n. 7. & q. 7. n. 19. Garc. n. 313.

14 Hinc sit quemlibet posse hæc beneficia tanquam omnino vacantia impetrare: debet tamen concludenter probare non esse factam publicationem. Nam cum sit fundamentum iure gratiae, & in alterius præiudicium, concludenter probandum est; vt pluribus decisionibus Rotæ comprobat Flamin. lib. 11. de resignatione. q. 6. n. 71. & quās. 10. num. 3. & q. 14. num. 5. Garc. d. c. 3. à n. 308.

15 Solum est dubium qualiter probare debet. Nam cum non publicationis constitut in negatione, non appare quo modo negatius probari possit concludenter. Dicendum ergo est concludenter probari posse tum ex confessione partis, ut clarum est, tum ex litteris non expeditis, vel non expeditis in tempore aperte, vt inter terminum constitutionis deferri ad locum publicationis possint; quia haec publicationis offensis litteris fieri debet; carentia autem expeditionis litterarum optimè probari potest ex libris cancellatæ, cameræ, & registro seceri parte citata;

D 4. quia

quia cum ibidem remaneat omnium litterarum Apostolicarum testimonium, eo non apparetne conuinicetur litteras expeditas non esse. Vide Flamin. q.14. à n. 56. Garc. à n. 116. Ex eo tamen quod resignatarius possessionem beneficij non obtinuit intra tempus, non conuinicetur litteras non publicas esse; quia ad publicationem litterarum non est necessaria possestio, ut bene dixit Garc. dict. 1. p. c. 8. m. 327. eaque de causa prouisus in forma dignum, si per ipsum non star quominus collationem habeat, & beneficii possessionem accipiat, satisfacit constitutione Gregorianæ, si collationem petat, & pro possessione insisteret. Ergo ex collatione non facta non infertur litteras publicatas non esse.

P V N C T V M III.

De vacatione contingente ob resignationem ex causa permutationis.

Cerissimum est permutatione beneficia vacare, cum vacent per resignationem; quia permutatio vera est renegatio. cap. 1. de rerum permut. in 6. ibi resignantur. Et elem. 1. codem sit ibi resignata, & tradit pluribus allegatis Paris. lib. 11. q. 5. n. 19. & lib. 12. q. 5. n. 19. Azor. lib. 7. c. 29. q. 20. & c. 30. q. 19. Garcia 11. p. de ben. c. 3. n. 3. Gonz. gloss. t. 4. n. 32. & 39. Sed qualiter permutatio facienda sit, ut hanc inducat vacationem pergimus explicare.

S. I.

Quid sit permutatio, & ex qua causa facienda sit.

- 1 Expenditur quid sit permutatio.
- 2 An resignationis ex causa permutationis admisso sit beneficiorum collatio. Affirmant aliqui. Sed contrarium est verius.
- 3 Potes fieri collatio longo tempore post admissam beneficiorum resignationem.
- 4 Causa ob quam sit permutatio est sola necessitas, vel utilitas Ecclesie.
- 5 Coram ordinario permutatione facta probanda est causa honestans permutationem.

Permutatio in praecitatis est mutua, & reciprocā beneficiorum resignatio, que adiunctem inter permuentes sit. cap. unico de rerum permut. in 6. Et in Clement. 1. codem sit. & tradunt omnes. Quapropter permutatio non nisi inter duos fieri potest, quorum unus suum beneficium alteri cedit, ut hibi alius vicissim cedat. Azor. 2. p. in fol. lib. 7. c. 30. q. 5. Nam triangulis, vel quadrangulis permutatione omnino prohibentur, quia non sunt verae permutations, sed potius resignations conditionales, quales sunt si meum beneficium tibi cedam, ut tu cedes mihi. beneficium tuum meo nepoti. Gonzalez gloss. t. 4. n. 58. Garcia 11. p. de benef. c. 4. n. 12. Azor. supra. Permutatio ergo continet & reciprocā duorum beneficiorum collationem, & mutuam illorum collationem. Nam resignans ex causa permutationis (ub ea condicione resignat, ut beneficium resignatario derit, & resignatario beneficium sibi vicissim conferatur) Quapropter admittens resignationem ex causa permutationis, eo ipso obligatur beneficia resignatae permutantibus conferre.

Sed dubium est, an horum beneficiorum resignations admissio sit tacita illorum collatio? Affirmat Gonzalez gloss. t. 4. n. 44. Et seq. Et gloss. t. 5. §. 2. num. 57. & concludit de rigore iuris aliama collationem necessariam non esse, fieri tamen de facto, ut securius permutatio expediat. Moueti posset. Quia permutatio est celio beneficij ius in alterum, sub ea condicione ut alteri conferatur, & ipse tibi suum beneficium cedat. Ergo quoque haec condicione perficiatur, celio non tenet. Ergo non est locus cessionis admissioni, nisi simul admittantur condicione illius: illis vero admissis iam sunt beneficia collata. Ergo admissio resignationis ex causa permutationis est tacita beneficiorum collatione.

Sed contrarium tenendum est cum Garcia alios referente. 11. p. cap. 4. & num. 85. Nam beneficia permutantibus dati non possunt, quosque vacent. Ergo prius per resignationem illa beneficia vacant, quam conferuntur. Potest ergo resignatio admitti, quia conferunt beneficia resignata. Non tamen admitti potest resignation, quia si ualitatem administratur condicione illorum beneficiorum permutantibus facienda, sed non facta. Neque amplius probat contrario ratio.

Hinc sit longo temporis intervallo post admissam beneficiorum resignationem ex causa permutationis fieri collationem posse: imo lepe prius vni ex permutantibus, & post modum alteri. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 29. quesiti. 28. Adde frequenter Pontificem admittere resignationem ex causa permutationis, & vni ex permutantibus, quia Romæ beneficia conferunt, alteri autem mandatum de conferendo concedit in forma dignum, in quo manifestissime constat admissionem resignationis non esse benefi-

ciorum quae permutantur, collationem, & concedit Gonz. gloss. t. 4. n. 6.

4 Causa autem, ob quam permutatio fieri potest, vna est, ne tempe necessitas, vel utilitas Ecclesie. Nam cum permutatio beneficiorum iure sit prohibita cap. Minoribus, de præbend. cap. 2. quis. 1. de rerum permut. præstat ne haec prohibito relaxe. tunc nisi iusta, & legitima causa intercedente, que nulla alia videatur esse, nisi ea quae codat in Ecclesiæ necessitatem, vel utilitatem; sic alii relatis Flamin. lib. 11. quesiti. 5. num. 14. Garcia 11. p. 4. num. 45. Aduento tamen vitate iniusticias, nō in tempe, & alia corporata, damna compermutantiam ad utilitatem Ecclesie reduci. Quia illis virtutis molius Deo seruit potest. si Azor. 2. p. in fol. lib. 7. cap. 30. q. 4. Garcia 11. p. cap. 4. n. 47. Ade utilitatem vnius ex compermutantibus in Ecclesiæ utilitatem cedente p̄ficiat sufficientem causam permutacionis, dummodo ex parte alterius permutantis damno Ecclesia permutatio non sit. Quia absolute illa permutatio in utilitatem Ecclesiæ cedat. Garcia n. 49.

5 Hinc sit si permutatio coram ordinario facienda est, obligatos esse permutantes allegare causam legitimam permutacionis, & ordinarium illam examinare. Alias difffigilat nulla est, vt potest in lege superioretur facta abesse cause cognitione. Quod a fortiori procedit stante constitutione. Pij V. 58. vsq. ad hoc ubi ordinario conceditur admittere possit permutaciones, que canonicos functionibus, & Apostolicis constitutionibus permutantur, & si fecerit factum fuerit, irriteresse deciderunt. At nulli aliae permutations canonicos functionibus sunt permisit, nisi ea quae cedunt in necessitate, aut utilitatem Ecclesie. Ego aliae sunt omnino irrite; & inane. Garc. dict. 1. p. 4. num. 44. Quod adeo verum est, ut etiam superiori testantur deinde causam ad permutationem faciendam fides adhibenda non sit, nisi causa cognitionem præmiserit, sic ex Decio Alciano, & aliis doceat. Garc. loco alleg. à n. 34.

S. II

Quae beneficia permutari possunt.

- 1 Omnia beneficia permutari possunt.
- 2 Amplia ad beneficia commendata.
- 3 Item beneficia manualia.
- 4 Item beneficia iurispotronatus.
- 5 Item reuata.
- 6 Sed non litigiosa.
- 7 Item beneficia nondum possessa.
- 8 Procedit doctrina, esto beneficium unum pro pluribus permutes.
- 9 Beneficium unicum permutari non potest, non permutari enim cui est animum.
- 10 Neque permutari potest, dum speratur unio habitu scilicet morte possidentium beneficium.
- 11 Intelligitur de omniene beneficij certi, & determinati.
- 12 Item de beneficio unius absolue, secus si universus sub conditione si per cessum, vel decessum, vel resignationem vacaret.
- 13 Supradicta subliminari debent in resignatione coram Pontifice declarata unione.
- 14 Quid si nulla facta mentione unionis tentares beneficia resignare.
- 15 Beneficia expectata resignare, vel permutare potes etiam legitulo superiore.
- 16 Nunquam dari potest permutatio beneficij realis cum fato.

1 Regula generalis est omnia beneficia permutari possent, quia eorum permutatio utilis, & necessaria est Ecclesiæ, constituta ex toto sit de rerum permutat. & tradunt omnes.

2 Amplia primo supradictam regulam ad beneficia commendata. Et quidem si in perpetuum commendata sit, sive omnes conuenient permutari possit: quia commendata perpetua loco succedit: sic alii relatis docuit Azor. 2. p. in fol. lib. 7. c. 29. q. 11. Si autem sit ad tempus commendata, dubit quatinus est, an permutari possit, eo quod iij commandat non habere quid in alterum transferant, cum nec ius, nec titulum in beneficio habeant. Ceterorum probabilis est autoritate eius, qui commendat permutari possit, quia eius auctoritate translati poterit ius temporale, quod commendatarius haberet. Sic Adri. Gambar. de permut. benef. 2. par. n. 38. Azor. alii relatis. Garcia de ben. c. 4. n. 12.

3 Secundum extende ad beneficia manualia, que licet perpetua non sine, sed ad nutum superioris ambo libet, ex illius tamen auctoritate transferri in alios possunt: Sic alii relatis Azor. 1. p. 1. c. 29. q. 9. Rebuffi in prax. benef. 1. de perm. n. 49. Gonz. reg. 8. Canell. gloss. t. 5. §. 6. n. 26.

4 Tertio extende ad beneficia iurispotronatus, an possit inquam permutari patrono confidenciente? Quod si abesse illius confidens permutentur, permutatio tenet, dum non contradicit illo vero contradicente resfinda est, nisi facta esset in magnum Ecclesiæ utilitatem, ut superiori cap. diximus de resignatione in